



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. An Conjux dubius morte alterius Coniugis possit transire ad secundas nuptias?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

matrimonium, bonæ tamen fidei, ex utraque parte fuerit, nisi tacite saltem, actionem ad petendum divortium, & privationem dotis remiserit maritus v. g. aut liberis legitimis ex matrimonio habitis ea acquirantur.

§. VII.

An viro, qui ad inopiam vergit, ac petit dotem, ea tradenda sit sub cautione.

Quamvis uxor, si maritus vergat ad inopiam etiam sine sua culpa, vel incipiat dissipare bona sua, iisque male uti, possit non tantum agere contra maritum, ac dotem repetere, sed multo magis contra eum, dotem petentem

excipere, quia periculum est, ne debilibus dos consumatur; si tamen cautionem idoneam præstet (sive ipsa scilicet vel pignoratitiam de dote iuritate) potest hæc illi tradi, vel cautionem idoneam præstare non possit, apud mercatorem aliquem per se deponi, à quo maritus tantam hæbituræ accipiat, quantum ad fructus contra matrimonij est necessarium: nisi habere in o. Per vestros 7. h. t. ut ne scilicet omnino marito subtrahatur non sine damno & præiudicio tam illius, quam uxoris, in adulterio incidendum. Vide plura de dote apud Cuiusdam, ad quæ potissimum hæc materia spectat.

TITVLVS XXI

DE SECUNDIS NUPTIIS.

§. I.

An Coniux dubius de morte alterius Coniugis possit transire ad secundas nuptias?

Post mortem primæ Coniugis, non tantum secundas, sed etiam post mortem secundæ coniugis, tertias & post mortem huius quartas & ulteriores nuptias licitas esse, certa Catholicorum sententia docet, prout constat etiam ex Apostolo c. 7. ad Romanos. Ut autem hic transitus liceat, debet constare, & moralis certitudo haberi de morte alterius Coniugis, prout dictum supra in

tit. 1. huius libri sect. 5. §. 2. Ita ut quævis bonæ fidei contraxerit matrimonium, sufficientem, ut putabat, de morte prioris Coniugis certitudinem habeat, si tamen postea certior fiat de viro Coniugis, statim, quam secundo dolo contraxerit, relinquere debeat, ne in adulterium & pœnas adulterorum incidat: communicationis etiam censuræ cogendus, ad priorem ut redeat.